Starzeński — Przeradzki.
Faber — Koch —
— — 33½. Wolański z Matusewiczami.
4. Giedrojć. Wolański. Matusewicz.
5. Wolański — Giedrojć.
6. Wirmser. Stefani — Banhoffer
7. Modzelewski. Stefani. Janowicze. Korsakowska
8. Banhoffer — Wirmser —
9. Wirzer — Banhoffer.
~~10. Bohostowski Xaw.~~ zob. 14633. III. t. IV. nr. 17.
11. Banhoffer — Wirmzer.
12. Białopiotrowicz — Brygitki.
13. Otłokocki — Gnatowski.
14. Kościół Brzeski — ~~Jezu~~. Tęgobowski. Wygonowska.
15. Brygitki.
16. Przezdziecki — Wereszczyński — Chrapowicki. Skierz
17. Kromer. — Bernardynki — Krzywobłocki.
18. Ogiński. Manuczy.
19. Borch — Plater —
20. Dulicz —
21. Sawiński — Wołodkowicz.
22. Drozdowicz.
23. Liebe. Herman.
24. Ekonomie Grodzieńska —
25. Poźniak — Wołodkowicz. Marcinowski.
26. Starostwo Haieńskie.
27. Augustów — Ekon. Grodzieńska — Dankiewicz.
Karlewicz.
28. Tołoczko — Kamieński.
29. Szaniawski.
30. Obarzanowski —.
31 — — Ośmiałowski.
32. Ciesnowski — Pianowska — Kalinowski.
33. Sylwestrowicz —
34. Domińskie. — Gören. — Grabowski.
35. Grabowski
36 Trznatis — Borkman.
37. Grodno —

9 fl.

1171
131

ACTORES: Gnosi Helena de Czosnowskie olim Gnosi Pauli Ożarowski crudeliter interempti relicta Vidua Mater; Thomas Filius, Mathias Parens, Casimirus atque Antonius Filii Ożarowscy, Mathias Kalinowski olim Generosorum Mariannæ de Lutostańskie & Christophori interremptorum Filius, & Frater, & alii, necem olim Generosorum Pauli Parentis, Antonii & Petri Filiorum Ożarowskich, & Kalinowskich interemptorum vindicantes.

CITATI: Officium Castrense Zambroviense ex judicato; tum Jlustr: Mfcus Chrisantius Opacki Castellanus Visnensis Ordinis S. Stanislai Eques; Dominus, Generosus Petrus Dobrzyniecki Commissarius, Felix Piotrowski, Leo Szymankiewicz, Famuli, nec non Laboriosi Jacobus Guldyn, Andreas Andryanczuk, Antonius Rakowiak, Andreas Sągała, Andreas Zaryziak, Stephanus Sartor de Męzenino, Bartholomæus Andryanczuk, Joannes Vlodarius, Mathias Maniaczuk; Pedissequus, Adalbertus Bryk, tum alii Jllustris Mfici Opacki Subditi Terminis originalibus comprehensi, crudelis Homicidii in Personis olim suprascriptorum Generosorum Ożarowskich & Kalinowskich patrati, actuales Executores & Mandatores Eorum.

CAUSÆ.

1ma. Decretum Tribunal: Regni Petricov: cum supressione pænæ publicæ prolatum, relevari & cassari.
2da. Statuitionem tam famulorum, quam Subditorum de homicidio Convictorum, per Ilrem Mcum Opacki instantaneam præstandam injungi.
3tia. Super statuendis tam Principalibus, Comprincipalibus, Complicibus, ac etiam Causam ad perficiendum homicidium præbentibus, pro patrato Crudeli homicidio, eoque deliberato & voluntario, uti ex violenta ac tumultuaria prati alieni invasione subsecut: pœnas Criminales tum etiam Crumenales & Personales, juxta qualitatem demeriti, promeritas extendi.
4ta. Seorsivas pænas Talionis super Jllustri Mfco Opacki Castellano Visnensi, & Generoso Dobrzyniecki pro objectis & non deductis, irrogari.
5ta. Solutionem Taxæ Capitum ac vulnerum, tum mutilationum demandari.
6ta. Actus quosvis læsivos ex Actis eliminandos censeri.
7ma. Pro procuratione Decreti ejusmodi, aliisque demeritis quovis ex fonte emicantibus ac in sublationem Processus sub pœna infamiæ super Parte Citata obtenti pœnas distinctas decerni.

8va. Processum ex Instantia Partis Citatæ super Parte Actorea nulliter obtentum, sine pœnis cassari.
9na. Officium Castrense Zambroviense pro favorabili sententia pœnis condignis afficiendum statui.

MERITUM EX DOCUMENTIS.

1758. Feria 4. post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem Zambroviæ ex parte Generosi Mathæi Ożarowski suo & aliorum nomine agentis contra Jllrem Mfcum Stanislaum Opacki Vexilliferum Visnensem, ac alios nempe Subditos de Villa Ożary respectu Borrarum oxcisionis *Manifestatio.*

1759. Sabbatho in Cro Festi SS. Innocentium Mart: Ibidem Nobilis Hyacinthus olim Simonis Kołakowski, Joannes olim Jacobi Kossakowski ac alii, contra Generosos Joannem & Apoloniam de Opackie Dobrzynieckie Parentes, ac Petrum Dobrzyniecki Filium respectu & quidem per Filium Borrarum Maantium hæreditariarum Villæ Kosaki, Borowe, cum vario armorum genere superinvasionis, Nobilis Valentini Maszewski Ligna in Borra sui propria exsecantis, securi persectionis, ex bombarda ad ipsum ejaculationis, aliarumque violentiarum peractionis cum Obductione vulnerum *Manifestatur.*

1770. Feria 6. post Festum Visitationis B. V. Mariæ Ibidem Nobilis Thomas Kołakowski contra Generosum Petrum Dobrzyniecki ratione Equorum interceptionis, Concusionis, vulnerum illationis *Manifestatur.*

1773. Die 5. Januarii in Nur Nobilis Francisca de Obrębskie olim Genenerosi Joannis Swięcki crudeliter interrempti Consors relicta Vidua, contra Generosum Petrum Dobrzyniecki ex eo: quia prædictum olim sui Maritum securi obversa in via publica concutiendo, & verberando vita privavit, una cum proclamatione Corporis *Manifestatur.*

Eodem Anno Die 6. Maj, Zambroviæ, ex Parte Nobilis Dębnicki, contra Gnosum Petrum Dobrzyniecki, respectu par unius Boum violenter interceptionis; ac aliarum circumstantiarum *Manifestatio.*

1780 Die 14. Augusti Lublini, in Judiciis Tribunal: inter Generosum Hyacinthum Goliszewski ac alios ab una; & Jlust: Mfcum Chrisantium Opacki Castellanum Visnensem, & Gnosum Dobrzyniecki ac alios ab altera partibus. *Decretum* lectis Inquisitionibus in Causa Criminali emanatum; quo mediante, Jlust: Mfcus Opacki pro invasione nocturna, immissioneque hominum licentiosorum cum armis, exindeque Causaone accelerationis fatorum olim Gnoso Valentino Dąbrowski, & Laborioso Paulo Woźniak; Sessione Turris spatio duarum Septimanarum, & solutione Marcarum 4000. propter Successores Sutkovianos; nec non pro taxa Capitum, solutione Marcarum 720. punibilis extitit.

1781. Die 11. Januarii, Zambroviæ, in Judiciis Terrestribus, inter Illustr: Mfcos Przyiemskie S. T. Ł. ac allios ab una; in Contumaciam Illustr: Mfici Opacki uti post trinas Condemnationes super illo obtentas, plenarie convicti, lectis Inquisitionibus *Decretum.* Quo mediante, idem Illustr: Mfcus Opacki, atque Gnosus Petrus Dobrzyniecki, ac alii Illustr: Mfici Opacki Subditi, pro invasione fundorum cum Bombardis, Sclopetis, & vario armorum genere; eorum ademptione,

ptione, ad sessionem Turris spatio 4. Septimanarum, & solutionem Actoribus 1000. Marcarum Polon: tum seorsivam solutionem Summarum unius 4000. Flor: Pol: , alterius 5000., tertiæ 400. Flor: Pol: pro proventibus ex pratis nulliter per ipsum intereceptis debitarum, juramento evictarum; tum in sublationem Processus, nempe trinarum Condemnatiomum pro qualibet pœna Quadruplici 14. Marcarum Pol: intercedendo Gnosum Dobrzyniecki adstrictus.

1784. Die 23. Zambroviæ Obductio vulnerum ex Parte Gnosi Mathæi Ożarowski, contra Laboriosum Mathiam Koza, Jllustr: Mfici Opacki Subditum facta.

1785. Die 18. Februarii Ibidem, Gnosus Antonius Ożarowski ac alii, contra Jllust: Mficum Opacki ac Subditos ejus, quia damna non modica quotannis in segetibus inferunt, una cum Visione *Manifestatur.*

1786. Die 16. Martii Ibidem, ex Parte Gnosi Pauli Ożarowski ac aliorum, contra eundem, atque Subditos ejus, ratione Sylvarum Maantis propriarum variis hominibus exsecationis, una cum Visione *Manifestatio.*

Eodem Anno Die 5. Augusti, Ibidem Obductió Vulnerum ex Parte Gnosi Joannis Sikorski, contra Laboriosum Jacobum Guldyn Jllust: Mfici Opacki Subditum facta.

1787. Die 5. Januarii Ibidem, Gnosus Paulus Ożarowski ac alii, contra Jllust: Mfcum Opacki Dominum; atque Gnosos Piotrowski Administratorem, & Albertum Choynacki Sylvarum Custodem, nec non Laboriosos de Bonis Mężenino cum attinentiis ejusdem Jllust: Mfici Opacki hæreditariis, Subditos, ratione qui, & quidem Jllust: Mfcus Dominus, Subditis suis, & Famulis, quotannis insidias contra Manifestantes super Villam Ożary actualem sui Possessionem habentes, struere demandat; Ligna in Sylvis hæreditariis scindere denégat; homines sui Subditos ad invasionem Domus Manifestantis subordinat, varias minationes in persona Manifestantis propalat, Subditi vero, Sylvas Alneaticas & Betulicas Manifestantis proprias devastant, & in commodum sui exsecant, ac disvendunt, obviando labsui fortunæ suæ, integritatique honoris, ac vitæ succurrendo *Manifestatur.*

Eodem Anno Die 13. Februarii Ibidem, ex Parte ejusdem, ac aliorum, contra eundem ac alios respectu attentatarum violentiarum, similis *Manifestatio.*

Eodem Anno Die 31. Novembris Ibidem ex Parte eorundem, contra eosdem, ac alios pro Judiciis Castrens: Zambroviensibus, pro pœnis ratione attentatarum violentiarum, super Jllust: Mfico Opacki Domino, ejusque Famulis ac Subditis extendendis, editæ Citationis *Relatio.*

Eodem Anno & Die Ibidem, idem contra eundem in simili essentia *Manifestatur.*

1788. Die 18. Januarii Ibidem Gnosus Mathias Kalinowski contra Jllustr: Mfcum Opacki, Mfcum Petrum Dobrzyniecki ac alios, ratione attentatarum Violentiarum, interceptionis equorum; propalationis minationum *Manifestatur.*

Eodem Anno ipso Festo S. Agnetis Die scilicet 21. Januarii Zambroviæ, in Curia Regia Obductio Corporum olim Gnosorum Pauli Parentis, Antonii & Petri Filiorum Ożarowskich, atque Christophori Kalinowski, contra Laboriosos Antonium de Mężenino, Gregorium Sągała de Rutki, Simonem Budnik, Jacobum Guldyn de Ożary, Bartholomæum Andryanczuk de Ożarki, Mathiam Mankiewicz de Giełczyn, Hyacinthum Gołczak, de Gorskie, ac alios Jllustr: Mfici O-

 packi

packi Subditos, comprincipales, & complices ad præsens de nominibus ignotos, tum Gnosum Leonem Szymankiewicz Famulum, ac Magnificum Petrum Dobrzyniecki Vice-Palat: ac Commissarium, atque Gsum Felicem Piotrowski cum proclamatione eorundem facta. Et in continenti Gnosi Helena de Czosnowskie olim Gnosorum Pauli Parentis Antonii & Petri Filiorum Ożarowskich, crudeliter interremptorum Consors, & Mater, atque Casimirus Gnosi Mathæi Ożarowski Filius, olim vero interemptorum Filiaster, & Frater Patruellis; nec non Gnosi Marianna de Lutostańskie olim Gnosi Stanislai Kalinowski Relicta Vidua Mater, & Mathias Filius Kalinowscy olim Gsi Christophori Kalinowski, itidem crudeliter interempti Mater, & Frater Germanus, in & adversus suprafatos inculpatos idque in eo: qui & quidem Jllust: Mficus Opacki Castellanus, Gnosus Dobrzyniecki ejus Commissarius; Gnosi Szymankiewicz ac Piotrowski cum Subditis, ad interceptionem Foeni dictorum olim Gnosorum Ożarowskich proprii disposuerunt; Gnosi vero Piotrowski & Szymankiewicz cum Subditis supranominatis Domini, & Commissarii, mandata eorum exequendo, cum Bombardis, Sclopetis, Tridentibus ferreis, Securibus, ac vario armorum genere, tumultuatim plusquam 40. personarum Pratum Gnosorum Ożarowskich proprium in Bonis Ożary, Zambrzyca, in loco dicto Występ sitt: inequitando fænum per dictos Gsos Ożarowskie interemptos, in eodem prato sui hæreditario intercipiebant. Advenientesque suprafatos interemptos circa sui proprietatem se se opponentes, & persvadentes, Baculis, Tridentibus ferreis, ac Securibus, tum ejaculationibus ex Bombardis & Sclopetis, vulnera cruenta inferendo, crudeliter intermerunt, & quotas certas pecuniæ ac rerum ab interemptis interceperunt, *Manifestatur.*

Eodem Anno 21. Jannarii Zambroviæ Obductio vulnerum ex parte Gnosæ Mariannæ de Lutostanskie olim Gnosi Stanislai Kalinowski Consortis Viduæ, contra Laboriosum Jacobum Guldyn & alios Subditos Jllust: Mfici Opacki facta.

Eodem Die 16. Februarii Ibidem ex Parte Gnosorum Ożarowskich ac aliorum, contra Jllust: Mfcum Opacki, Dobrzyniecki, ac alios respectu interemptionis Gnosorum Ożarówskich, ac Kalinowskich, ac aliarum violentiarum attentationis, pro pœnis Criminalibus ac etiam Personalibus, & Crumenalibus, super ipsis extendendis, pro Judiciis Castrens: Zambroviensibus editæ Citat: *Relatio.*

Eodem Die 27. Februarii Ibidem vulnerum per Gnosum Antonium Ożarowski coram Gnoso Konopka Camerario Terrestri Zambroviensi, in Fundo Bonorum Ożary, Zambrzyca, in præsentia multorum hominum, ac Ministerialis Die 14. Mensis & Anni currentis, contra Laboriosum Jacobum Guldyn & alios Jllust: Mfici Opacki Subditos obductorum *Oblata.*

Eodem Anno ac Die Ibidem, ex Parte Gnosorum Ożarowskich, super Famulis ac Subditis, apud Jllust: Mfcum Opacki officiose impositi Aresti *Relatio.*

Eodem Anno 28. Februarii Ibidem, ex Parte Gnosorum Ożarowskich ac aliorum, contra Jllust: Mfcum Opacki, Famulos ejus ac Subditos, pro pœnis ratione interempionis Gnsorum Ożarowskich, ac aliarum de ipsis sumendis, pro Judiciis Castrens: Zambroviens: editæ Citationis *Relatio.*

Eodem Anno Die 6. Martii Jbidem in Judiciis Castrensibus ex Instantia Gnsorum Ożarowskich, & Kalinowskich interemptorum Capita vindicantium Actorum; Jllust: Magn: Opacki, Gener: Dobrzyniecki Commissari-

missarius, ac alii Famuli & Subditi ejusdem, de crimine homicidii accusati. *Infames.*

Eodem Die 18. Junii Corporis exsanguis Gnosæ Mariannæ Kalinowska, interemptæ proclamatio subsecuta, & Manifestatio ex Parte Gnosi Kalinowski contra Jllust: Magn: Opacki Dominum, Petrum Dobrzyniecki, Gnsos Felicem Piotrowski, & Leonem Szymankiewicz Famulos, tum Subditos Jllust: Mfici Opacki interemptionis Executores, & Causatores facta.

Eodem Anno ac Die Ibidem, ex Parte Gnsorum Ożarowskich, ac aliorum contra Jllust: Mfcum Opacki ac alios, pro pœnis ratione interemptionis Gnsorum Ożarowskich, ac Kalinowskich ad Judicia Castr: Zambroviensia editæ Citationis *Relatio.*

Eodem Anno Feria 5. post Festum Visitationis Glorioss: V. M. Zambroviæ in Judiciis Castrensibus Zambroviensibus inter Gnosos Ożarowskie, Kalinowskie, ac alios, Capita interemptorum vindicantes ab una; & Jllust: Mfcum Opacki Dominum, Gnsos Dobrzyniecki, Piotrowski, Szymankiewicz Famulos, tum Subditos, lectis Inquisitionibus, liberisque Confessatis eo nomine exceptis, *Decretum*, quo mediante resolutis Exceptionibus contra Puncta nonnulla in Interrogatoreis apposita, ex utraque parte illatis Testibus etiam Judæis ex Parte Jllust: Mfici Opacki ad deponendum Testimonium inductis, pro admissibilibus declaratis, eliberato quoque Jllust: Mfco Opacki a statuitione Nobilis Piotrowski Aresto apud ipsum præventi, per Partem Actoream prætensa, post eductas Inquisitiones imprimis Taxa Capitis Gnosi Karwowski, in loco invasionis interempti ad 480. Marcarum Polonic: reductas, Parti vindicanti ex Substantia olim Gnosi Pauli Ożarowski per relictam & Successores ejus, tum in vim Taxæ Capitum Gnosorum Pauli Parentis, Antonii & Petri Filiorum Ożarowskich, pro quolibet eorum Capite pœna 240. Marcarum Pol: ab Jllust: Mfco Opacki intercedendo Subditos ac Famulos suos propter Successores interemptorum ad solvendum injuncta; Capita olim Gnosi Christophori Kalinowski & Matris ejus Gnosæ Mariannæ Kalinowska pro invindicabilibus declarata, Laboriosus Jacobus Guldyn Jllust: Mfici Opacki Subditus, ad Domum Correctionis Varsaviæ tradi destinatus; & ibidem quatenus spatio duodecem Mensium sumptu Jllris Mfici Opacki detentus, quolibet Mense 100. virgis prævio attestato de executa hac pœna à præfato Domus ejusdem Correctionis Dispositore per Jllust: Magn: Opacki procurando, & in Actis proprii Districtus oblatuando, puniatur, est injunctum. Reliqui vero Subditi, plagis ad Cancellariam per Ministerialem cedendi, declarati. Jllris Mfcus Opacki Castellanus Visnensis, pro demandata acceptione fæni alieni, Successoribus olim Gnosi Pauli Ożarowski 500. Marcarum Pol: solvere adstrictus. Gnosi Ożarowscy atque Mathias Kalinowski pro circumscriptione Jllris Mfici Opack, ac Mfici Dobrzyniecki, tum indebita super eisdem impositione pœnæ Infamiæ, sessione Turris spatio duarum Septimanarum solutioneque & quidem Gnosi Ożarowscy Vadii Capitanealis, jam vero Gnosus Kalinowski de persona sui pœna Quadruplici 14. Marcarum Pol: in rem ejusdem Jllris Mfici Opacki & Mfici Dobrzyniecki præstanda, pœnales extiterunt. Gnosus Mathias Kalinowski, pro Convulneratione Labsi Smerczak Jllris Mfici Opacki Subditi, ad sessionem Turris per spatium duarnm Septimanarum, tum solutionem Vadii Capitanealis simplicis, pro re Jllris Mfici Opacki Domini, præstandam, adstrictus, Gnsus Szymankiewicz liber pronuntiatus; Condemnatio sub pœna Infamiæ

famiæ, quo ad personas Jllris Mfici Opacki & Mfici Dobrzyniecki sine pœnis cassata. Quo vero ad personas Subditorum pœna duplici 14. Marcarum Pol: Jllri Mfici Opacki solvenda sublata Actus quivis pro læsivis imputati, nihilque bonæ famæ Jllris Mfici Opacki & Mfici Dobrzyniecki nocere debere declarati. Vulnera Subditorum Jllust: Mfici Opacki pro invindicabilibus declcrata. Pro vulneribus vero, in Obductione Gnosorum Ożarowskich expressis, præciso juramento Vadium Capitaneale duplex, per Jllrem Mficum Opacki pro re Gnsorum Ożarowskich solvi injunctum, in comprobationem vulnerum in via exjaculationibus Subditis Jllust: Mfici Opacki, tum olim Gnosæ Kalinowska Matri & Gnoso Kalinowski Filio illatorum, in Obductionibus expressorum, Parti utrique juramentum injunctum, à quo tum etiam à toto Decreto motio ad Judicia Tribunalitia Regni Petricoviensia, per Partem utramque interposita, & admissa Inquisitiones sub Sigillo extraditæ, super Gnoso Piotrowski obtenta pœna Infamiæ.

Eodem Anno Feria 5. in Vigilia Festi Assumptionis B. V. M. ssilicet Die 14. Mensis Augusti Zambroviæ, ex Parte Gnosi Ożarowski, Mathæi Filii Obductio vulnerum, cum inculpatione Labsi Guldyn, & aliorum Subditorum Jllris Mfici Opacki facta.

1788. Sabbo post Festum S. Mathæi Ap: & Evangelistæ nempe Die 27. Mensis Septembris Petricoviæ in Judiciis Tribunal: Regni Petricovien:, inter Gnosos Ożarowskie, Kalinowskie, & Alios ab una, & Jllrem Mficum Opacki Dominum, Gnosum Dobrzyniecki Commissarium, Piotrowski, Szymankiewicz Famulos, tum Subditos nec non Officium Castren: Zambrovien: *Decretum.* Quo mediante Mfcus Budziszewski pro objectis quatuor Condemnationibus, ex Parte Mfici Rogowski Notarii Castren: Sochaczev: in Judiciis Terribus Sochaczevienſibus super ipso obtentis; in vim Constitntionis locis standi pro quavis ear: per pœnam duplicem quatuordecem Marcarum Polon: eidem Mfco Rogowski obiicienti, ad solutionem est adstrictus. Jam autem Jllstr: Magn: Opacki ad statuitionem Subditorum Andreæ Andryanczuk, Andreæ Zaryziak, Gregorii Sągała, Bartholomæi Andryanczuk, Antonii Rakowiak, Adalberti Kalapieta, Jacobi Guldyniak, præter Nobiles Piotrowski Salvum Conductum habentem, & Szymankiewicz possessione gaudentem, instantaneë obligatus, ac tandem ob renitentiam statuitionis pro tribus Contraventionibus pro prima duplicem, pro altera quadruplicem, pro tertia octuplicem pœnam quatuordecem Marc: Pol: parti vindicanti pœnalis extitit, ac nihilominus suprafatos Subditos statuere est obstrictus, super vero Nobili Piotrowski obtenta pœna *Infamiæ.*

Eodem Anno Feria 6. ante Festum S. Hedvigis Viduæ Electæ Dei, nempe die 10. Mensis Octobris Zambroviæ ex Parte Gnosorum Ożarowskich ac aliorum, contra Jllust: Magn: Opacki ac alios, pro statuitione Subditorum de homicidio inculpatorum, ac de eisdem liberorum Confessatorum exceptione, ad Tribunal: Regni Petricov: editæ Citationis *Relatio.*

Eodem Anno Sabbo post Festum S. Lucæ Evangelistæ scilicet Die 25. Mensis Octobris Petricoviæ in Judiciis ordinariis Tribunal: Regni Petricovien: ad illationem Jllust: Mfici Opacki resolutio emanata; qua mediante, Laboriosi Adalbertus Kalapieta de Bonis Mężenino, Jacobus Guldyn de Ożary, Antonius Rakowiak de Mężenino, Andreas Zaryziak, & ejusdem Nominis Andryanczuk de Rutki, Bartholomæus de Ożarki Subditi in Carceribus per Jllust: Magn: Opacki coram Judicio Tribunalitio statuti, sub custodiam Militarem præsidii Judi-

Judicio Tribunalitio assistentis, ad Carceres destinati, sustentatione per Jllust: Magn: Opacki eisdem providenda, præcauta.

1788. Feria 5. in Vigilia Festi Præsentationis B. V. M. scilicet Die 20. Mensis Novembris Petricoviæ in Judiciis ordinariis Regni Petricovien: Inter Gsos Ożarowskie, Kalinowskie, ac alios, Capita interemptorum vindicantes ab una; & Jllust: Mfcum Opacki Dominum; Gsos Dobrzyniecki Commissarium, Piotrowski, Szymankiewicz Famulos, tum Subditos *Decretum.* Quo mediante imprimis libero Jllust: Mfi i Opacki à statuitione Labsi Gregorii Sągała testantibus literis Sepulturæ per Adm Rdum Kosakowski Parochum Rutkovien: datis, & subscriptis, demortui, per Partem Actoream prætensa pronuntiato. Exceptioneque liberornm Confessatorum ex Subditis statutis remota Decreto Officii Castren: Zambrovien: contra Inquisitiones prolato in toto Cassato, Jllust: Mfico Opacki Domino, & Gnoso Dobrzyniecki Commissario, à Causa Criminali liberis adinventis, nihilominus Jllust: Mfcus Opacki pro causata invasione alieni Prati, sessione Turris 4. Septimanarum, & solutione Actt: duorum Millium Marcar: Pol: pœnalis extitit. Nobilis Piotrowski disparens, plenariæ convictus, pro invasione Fundi alieni cum abusu Bombardarum, causatione que crudelis mortis multarum personarum, ubivis locorum captivandus, & coram quovis Officio decollandus, est sententiatus. Jam autem Labsi Jacobus Guldyn, Antonius Rakowiak, Albertus Bryk, Mathias Maniaczuk, Bartholomæus Andryanczuk, magis de homicidio olim Gsorum Ożarowskich & Kalinowskich inculpati, tum Joannes Vladarius, Adalbertus Kalapieta, Andreas Zaryziak Andreas Andryańczuk, Franciscus Szczepiuk, & Stephanus Sartor de complicitate redarguti pœnis infrascriptis declarati, nempe Labsi Jacobus Guldyn pro Annis duodecem, Antonius Rakowiak, pro Annis sex, Adalbertus Bryk, pro Annis duobus, Bartholomæus Andryanczuk, pro Annis duobus, nec non Mathias Maniaczuk, pro Annis duobus, ad Domum Correctionis Varsaviæ sitam, destinati, per Jllust: Mfcum Opacki tradendi, ac Expensis ejus providendi, ibidemque ad determinium temporis in quovis quartuali Anni præter Mankiewicz virgis cedendi; demum Joannes Vladarius, Adalbertus Kalapieta, & Stephanus Sartor, quivis eorum in Foro publico centum virgis per Ministrum Justitiæ Castigandus, ad ultimum Antonius Litwin olim Gsorum Ożarowskich Famulus, de frustranea explosione ex Sclopetis incusatus, in foro quovis centum virgis punibilis extitit. Nobilis quoque Szymankiewicz tam pro invasione, quam abusu Bombardæ, Cojaculationeque olim Gnosi Antonii Ożarowski convictus; sessione Turris 4. Septimanarum, & solutione Quingentorum Marcar: Pol: Actt: pœnalis adinventus, taxa Capitum olim Gsorum Antonii Petri Ożarowskich conjaculatorum, per Quadringentas Octuaginta Marcas, pro quoque Capite Successoribus interemptorum ad solvendum est determinata. Caput autem Nobilis Karwowski, tanquam alieni fundi Invasoris, nec non vulnera Subditorum circa Invasionem illata, pro invindicalibus declarata. Denique pro Crudelitatibus variis, Gnosis olim Ożarowskim & Kalinowskim per Subditos illatis, in vim pœnarum Crumenalium Jllust: Magn: Opacki intercedendo Subditos suos ad solutionem pro quovis Capite per Quingentas Marcas Actt: est adstrictus; pro vulneribus olim Gnosæ Kalinowska, Vadii capitanealis duplicis, Successoribus ejus, Gnoso autem Antonio Ożarowski superstiti, Ducentarum Quadraginta Marcarum evincendo excessus Subditorum ad solutionem obligatus. Laboriosi Michael

chael Smerczyk, de Concusione olim Gnosi Christophori Kalinowski circa interceptionem ipsi Equæ cum trahis in divisorio Sylvæ Gsorum Rakowskich subsecuta, jam autem Andreas Andryanczuk, & Andreas Zaryziak, de excessibus in personis olim Gnosorum Ożarowskich peractis, inculpati; attenta eorum per olim Gsos Ożarowskie, & Mathiam Kalinowskie Concussione à pœnis personalibus liberi sunt adinventi; Gnoso Mathia Kalinowski à pœnis personalibus Decreto Castrensi Zambroviensi injunctis, libero pronuntiato. Relicta & Successoress olim Gnosi Pauli Ożarowski, & Mathias Kalinowski pro Concussione suprascripta, per medium Vadii Capitanealis solutione pœnales extiterunt. Pœna Infamiæ ex Instantia Gsorum Ożarowskich & Kalinowski super Jllust: Mfco Opacki Gnosis Dobrzyniecki, Piotrowski, ac aliis obtenta, quo ad Personas Jllust: Magn: Opacki & Gsi Dobrzyniecki sine pœnis Cassata; quo vero ad reliquas personas tam in Sublationem ejusdem pœnæ Infamiæ; quam alterius super solo Nobili Piotrowski in Officio Castren: Zambrov: obtentarum, pro quavis earum, per pœnam Quadruplicem Quatuordecem Marcarum Pol: pro Tribunalitia autem super dicto Nobili Piotrowski obtenta, Vadium Capitaneale simplex Jllust: Magn: Opacki Gnosis Ożarowskim & Kalinowskim ad solvendum adactus. Mfcus Budziszewski Ensifer Łomżeń: Vice-Capitaneus Castren: Zambrov: pro judicatura sui contra obloquentiam Inquisitionum formata, sessione Turris spatio duarum Septimanarum; & solutione Mille Marcarum Gsis Ożarowskim, & Kalinowskim pœnalis judicatus. Idemque Mficus Budziszewski ad restitutionem Quingentarum Marcarum per Gsos Ożarowskie intercedendo eundem ad ærarium Tribunal: persolutarum, eisdem adstrictus. Inquisitiones ea in Causa repositæ in Cancellaria Siradiensi manere declaratæ.

1789. Feria 5. Ipso Die Festi Circumcisionis Xti Dni Die scilicet 1. Mensis Januarii, Zambroviæ, ex Parte Jllust: Mfici Opacki in puncto statuitionis Laboriosorum Joannis Vladarii Stephani Sartoris, & Francisci Szczepiuk, ad subsequendam Castigationem Decreto Tribunal: Regni Petricov: determinatam contra Relictam & Successores Gnosi olim Pauli Ożarowski & alios non tam acceptando Decretum quam evitando Rigorem ejusdem facta *Manifestatio*.

Eodem Anno Feria 2. post Festum SS. Trium Regum nempe Die duodecima Mensis Januarii Ibidem ex Parte Gnosorum Ożarowskich & aliorum super Famulis ac Subditis apud Jllust: Mficum Opacki Officiosè impositi Aresti & Suscepti *Relatio*.

Sequuntur Manifestationes & Termini.